



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCC. Markgraf Woldemar verkauft und schenkt dem Kloster Gomeriz die
Dörfer Bledzow und Falkenwalde, am 24. März 1312.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCC. Markgraf Woldemar verkauft und schenkt dem Kloster Gomeriz die Dörfer Bledzow und Falkenwalde, am 24. März 1312.

Ad gestae rei memoriam sempiternam, summe necessaria ejus est descriptio, ne posterius oblivione moti denegare valeant, maturo priorum consilio stabilita. Hinc est quod nos Woldemarus Dei gratia dux de Brandemborch, Lufazie et de Landesberghe dominorum et terrarum Marchio tutorque illustris Joannis de Brandemborch Marchionis notum esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod de nostro maturo nostrorumque consiliarorum consilio dedimus et damus donavimusque religiosi viri dominis abbati et universis ac singulis confratribus suis in caenobio Gomeriz Deo famulantibus, has duas villas, videlicet Bledzowe et Valkelvalde dictas, cum distinctionibus et limitibus subscriptis, scilicet sitis et distinctis inter Bledzowe, Popowe, Gomerizque, primo ab uno cumulo, juxta pinum quandam facto de illa pinu usque ad montem, qui vocatur Kaukenberg, de Kaukenberg usque ad paludem, quae vocata est Miczel Kensbude. Deinde usque ad quercum, circa quam stetit pinus in qua quondam suspensus est quidam propter limites, quos facere volebat ibidem. Iten ab hac arbore dicta, quae est in via, quae ducit Meseriz directe usque ad primam vallem super Ofram, cum itur de Meseriz. Item ab illo termino Obrae totalem per descensum usque ad locum, qui vocatus est Pinnowe, ubi limites manifesti per dominum Viceslaum ac Benjamin scilicet in via de villa Brunciko in Bledzowe, ubi limes est in arbore signata. De hac arbore circa vallem istam metae per predictos Dominos factae extenduntur usque ad rivum Ponekel. Item de hoc rivo inter Walkenwalde et Bledzewo metae sunt extensae usque ad arborem quae vocatur Cynoda juxta paludem, quae vocatur eodem nomine, in via quae ducit Landesberg, et inde usque ad tres arbores, quae sunt metae inter magnum Oszez et Valkenwalde. Item de his arboribus de eadem via versus Landsberg ad primum montem ab illa parte sylve quercuum, ubi est pinus in se habens crucem, ab hac usque ad aliam partem paludis Mezegoze, ubi metae sunt signatae nec non cum omnibus spectantibus utilitatibus, usufructibus et pertinentiis, ad ipsas villas justo proprietatis titulo in perpetuum possidendas, Ita sane etiam, quod in praedictis villis, ac etiam terminis et distinctionibus, nihil juris nobis aut nostris haeredibus reservamus, si quos Deo dante procreaverimus vel successoribus penitus, praeterquam praecariam communem duntaxat dandam vel faciendam. De caetero nihil, nisi aliud intercidat, poterimus aut poterint vindicare. In hujusque quoque nostrae donationis repensam fideles nostri milites Beheko de Lagowe et Benignus de Plovene, nobis pro quolibet fructu reddituum de praedictis bonis annuatim cedente quinque marcas Brand. argenti et ponderis in parata pecunia persolvunt, De quibus ipsos omnes quietos dicimus per praesentes. Ne igitur super hujusmodi nostra donatione per nos rite facta, dubium cuiquam in posterum valeat suboriri, praesentes litteras, quas in praemissorum omnium et quorumlibet eorum evidens testimonium nostri sigilli munimine dictis fratribus sigillatas de nostro consensu et certa scientia tradidimus, effectu praesentis privilegii et nostrae procurationis praedictus Marchio Joannes, cujus tutelam ut praemittitur geri-

mus, cum ad annos aetati legitime deputatos pervenerit, sui sigilli patrocinio confirmabit. Testes vero hujus rei sunt nostri fideles scilicet nobilis vir, dominus Gunt., comes de Kraevenberg, Droifeko de Kroche, Benignus de Steglitz, Freder. de Alvensleve, Wipertus de Barbii, milites: Sloteko et Ever, nostrae curiae capellani et notarii et quam plures alii, nihilominus fidei testimonio decorati. Actum et datum Spandowae. Anno dominicae incarnationis, millesimo trecentesimo duodecimo. In vigilia annuntiationis divinae Mariae virginis.

Raczynski, Cod. dipl. maj. Poloniae p. 96. 97. ex transfumto in archivo monasterii Bledzouienfis afervato. — Diese Urkunde ist entweder bei den Abschriften, die sie erfahren hat, verstimmt oder überhaupt falsch. Auch die augenscheinlichen Irrthümer in der Schreibart, besonders der Namen, sind daher unverändert geblieben. Die Zeugen können nach dem Obigen nur gewesen seyn: Guntherus comes de Keuernberg. Droifeko de Krochere, Henningus de Stegelitz, Fredericus de Aluenfleue u. s. w.

CCCCI. Vergleich zwischen den Markgrafen Friedrich dem Aelteren und Friedrich dem Jüngeren von Meissen und den Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg, wobei die ersteren auf die Lausitz Verzicht leisten, vom 14. April 1312.

Wy frederich, van gods gnaden margraue zv misne vnd in dem Osterlande Lantgraue tv Durlingen vnd wi frederich die iunge, margraue van misne, bechennin und betugin openlich an disim briue, Dat wy uns alsus gefunit hebbin mit unsen vettern margrauen woldemar und Jan van brandenburg, wy und alle vse rechte erfamin, di nv sint und na uns komin, die vertyhen alle der ansprake, di wi hadden an alle dem Lande tu Lusitz und an dem lande, dat marggrau heinrik heft, und an dem lande twischin der Elue und der Elster. Storue Marggrau Heinrik an leen eruin, so scullin wi si nicht hinderen noch vnse erbin an dem lande, dat he heft. Wy laten ok vnd geuin in hus und stad han mit allim dem gerichte vnd mit alle dem rechte, mit al der nüt vnd mit alle dem dinste und manschaft vnd mit alle den vesten, di dar tv dem vorgenomdem hagen tu hören und binamen Ortrant, vnd vorlegen gut vnd vnverlegen, also wy et hadden. Vnd scullin vsm veddern die leen to gude halden an arge list. Swenne si di leen kunnen erkrigen van den leen herren, van den wy si hebbin, so scolin wy di en vplaten. Wy und vnse erfamen geuen en vpp, als man van rechte eygen geuin scal, vnd vns nicht mer dar tv tyhin scollin Turgowe hus und stat mit alle dem gerichte und mit alle dem rechten und mit alle der nüt vnd mit alle dem dinste und manschaft vnd mit alle den vesten, di tu Turgoue horen, und vorlegen gud und unvorligen, also wiet dat hadden. Wy geuin en ok vor ir koste und scaden uns vor hern heinrikes schult van kokeriz und vor des schult van barbey und hern fritzen van strele mit den dufint marken, die wy geuin in den rat vnd sur den brutschat vsir dochter twey vnd dritlich dufint Marg Brand. siluers vnd gewichtes oder Vryberges siluers also vele, als sich da vor bort. Des vorbeunden siluers dritten teil scullin wie bereiden tu funte mertins dage, die nehift tu künt,